



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorum, 1574**

**VD16 A 766**

De numero Nonarum & Iduum, & c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

### MODVS INVENIENDI QVOTA SIT LUNA.

Luna. Vt exempli causa: Si velis scire quot dies habeat Luna in festo S. Bartholomæi, hoc est, 24. Augusti huius Anni 1574. Adde numero Epactæ huius anni, videlicet 7.6. Tot enim sunt Kalendæ mensium à Kalendis Martij vsque ad Kalendas Augusti. Adde præterea 24. mensis Augusti, vsque ad festum S. Bartholomæi, & inuenies numerum 37. Ex quo numero si abieceris 30. remanebunt 7. habebit igitur Luna in die S. Bartholomæi hoc anno 1574. dies 7.

### FORMATVR AVTEM EPACTA AB AVREO NUMERO HOC PACTO.

**A**vreus numerus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.  
Epacta. 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18. 29. seu nulla.

### CYCLVS NUMERORVM EPACTAE INCIPIENTIVM AB ANNO 1574. IN KALENDIS

7. 18. 29. 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26.

### DE INDICTIONE.

**I**ndictio est spatium 15. annorum, & singulis annis tribuitur aliquis numerus Indictionis ab vno ad quindecim, per ordinem, deinde à principio repetatur. Anno igitur 1574. currit Indictionis numerus 2. sequenti anno 3. tertio 4. quarto 5. & deinceps in alijs vsque ad 15. proseguendo, & repetendo ab vno post 15.

### DE NUMERO NONARVM ET IDVVM CVIVSQVE MENSIS.

**M**artius, Maius, Iulius & October habent sex dies Nonarum: reliqui Ianuarius scilicet, Februarius Aprilis, Iunius Augustus, September, November & December, tantum quatuor. Omnes vero octo diebus Iduum gaudent

UNDE VERSVS.  
*Sex Maius Nonas, October, Iulius & Mars.  
Quatuor at reliqui, dabit Idus quilibet octo.*

QVA